ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑ ΣΤΟΙ-
ΧΕΙΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΩΝΟΣ
συνουσιῶν τὸ δεύτερον.

Καὶ

ΒΑΡΛΑΑΜ ΜΟΝΑΧΟΥ ΑΡΙΘΜΗ-
τικὴ ἀπόδειξις τῶν γραμμικῶς ἐν τῷ
δευτέρῳ τῶν στοιχείων ἀπο-
δειχθέντων.

Id eſt,

EVCLIDIS QVINDECIM
elementorum Geometriæ ſecundũ: ex
Theonis commentarijs
Græcè, & Latinè.

Item,

Barlaam monachi Arithmetica demonſtra-
tio eorum, quæ in ſecundo libro elementorum
ſunt in lineis & figuris planis
demonſtrata.

Item,

Octo propoſitiones Stereometricæ, eiusdem cum præ-
cedentibus argumenti. Per Cunradum Da-
ſypodium, *ſcholæ Argentinen-*
ſis Profeſſorem.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, ET DOMINO, DOMINO NICOLAO CHRISTOPHERO RADZIVVIL, DVCI OLICÆ ET NIESVVISI, COMITI IN SCHIDLOVVIEZ, &c. PRÆCLAræ indolis, & optimæ ſpei Principi, ac Domino ſuo clementiſs: S. D.

Cunradus Daſypodius.

MENSE Aprili, Illuſtriſs: princeps, in lucem emiſi primum Euclidis Librum, cum perbreuibus meis ſcholijs, quibus ad percipiẽda Geometriæ elementa, harum diſciplinarum ſtudioſis viam pręparare, & aperire volui: memini etiam me tum promiſiſſe editionem ſecundi libri, vnà cum alijs quibuſdam ſcriptis: quod quidẽ nunc facere paratus ſum: non tan tum, vt ſi forſan aliquib. animus ſit diligentius aliquanto, & exactius velle Geometricas demonſtrationes cognoſcere, atq; perſpicere: noſtra qualicunq; adiuti opera, habeant in quo animum delectare ſuum, ſeq́; exercere poſſint: ſed & vt duo hi libri eiusdē doctrinæ, & inſtitutionis non ſeiungantur. Euclides enim propoſitione penultima libri primi quadrata laterum trianguli orthogonij examinauit: & tandem quam in primo inſtituerat libro doctrinam, ſub finem ſecundi de quadratis laterum triangulorum amblygoniorum, & oxygoniorum perficit, & abſoluit: ita vt vnus potius liber dici poſsit, quàm duo

duo diſtincti libri. Quia verò διαίρεσις com̃une eſt σύμπτωμα Geometriæ, & Arithmeticæ, idcirco demonſtrationibus Geometricis Arithmeticas, & ob ſimilitudinem cognationemq́ octo ſtereometricas propoſitiones adiunxi: quas Geometriæ ſtudioſis, maximo adiumento, & in difficilioribus quæſtionibus explicandis valde neceſſarias fore puto. quia non tantum differentias harum diſciplinarum diligenter inſpicere oportet: ſed & ipſarum cognitionem obſeruare. geometra nominat ὀρθογώνιον, figuram quæ duabus lineis rectis, angulum rectum continentibus, repræſentatur: arithmeticus verò ἐπίπεδον ἀριθμόν,

numerum, qui fit ex multiplica-
tione duorum numerorum in ſe.
vnde licet videre rectangulum,
ſuperficiem rectangulam, paral-
lelogrammon rectangulum, mul
tiplicationem, numerum planũ,
productum quod fit ex multipli-
catione unius numeri in alterum,
eandem habere ſignificationem.
ſicut Stereometra etiam habet
παραλληλεπίπεδον ὀρθογώνιον eiuſdem
cum præcedentibus naturæ. eo-
dem modo τετράγωνον, τετράγωνος ἀ-
ριθμὸς, κύβος, κύβος ἀριθμὸς, eandem
quidem & ſimilem habent vim:
ſed nõ eiusdem ſcientię ſunt ſub-
iecta. hæc, & ſimilia ſi obſeruen-
tur, et natura eorum acuratius in-
ueſtigetur, multum poſſunt ado-
leſcen-

leſcentum erudire ingenia: ſi vi-
deant, quæ omnibus mathemati-
cis ſcientijs ſint cõmunia, de qui-
bus in noſtris ſcholijs: quæ verò
non quidem omnibus, ſed aliqui-
bus: eorumq́ duo eſſe genera, vel
enim, vt res exemplo fiat manife-
ſtior, ex Geometria petita ad A-
rithmeticam applicantur: vel e-
contra ex arithmeticis illis demõ-
ſtrationibus tranſlata ſunt ad geo
metriam: deniq; quòd nonnulla
vniuſcuiusque ſcientiæ ſint pro-
pria. Hæc inquam, & his cogna-
ta, niſi quis diligenter perpendat,
& quæ quibus conueniant, quæ-
ue diſcrepent, aut ex quibus, quo-
modoue facta ſit demonſtratio,
non animaduertat: meritò ἀγεωμέ-

τεχνίτης dici poteſt, ſicuti & ille, qui οἰκονομίαν mathematicarũ ſcientiarũ non obſeruat, dum quæ con-genda ſunt, diſiungit, quæ diuer-ſa ſunt, aut in ſpecie tantum ſimi-lia, vnum congerit in locum: de-niq; is, qui, quæ diuerſarum ſunt ſcientiarum, vni attribuit ſcien-tiæ: aliaq; præcepta Geometra-rum negligit. Veteres certè ma-thematici, ſummo ſtudio in id in-cubuerunt, vt ſingula ſuo expli-carent loco, vt per conceſſa, & af-firmata demonſtrarent inſequen-tia: vt nihil pro certo, vero, & af-firmato reciperent, niſi cuius na-tura, ſubſtantiaq;, aut accidens a-liquod, per ſe manifeſtum eſſet, aut aliqua eius vera & certa alla-ta eſtæesset demonstratio. Itaq; qui se in his rectè & benè exercebunt, non tantum harum scientiarum sibi comparabunt cognitionem: sed & animum informabunt suum: vt eò etiam prudentiores iuxta Platonis, aliorumq; Philosophorum sententiam sint futuri: & in rebus benè gerendis instructiores: quando Geometrarum more, omnibus ponderatis, & ad amussim examinatis, id quod honestum & iustum, verumq; est, à turpi, iniquo, atq; falso discernēt. monemus igitur eos, qui Philosophorum scripta legere, animū acri & prudenti iuditio imbuere, mores benè & rectè informare cupiunt: hęc geometrica non ne-

gligant ſtudia: neq́ propter ſteri-
litatem, quæ prima fronte in his
apparet, ſe deterreri patiantur:
aut in ipſo curſu langueſcant: ſi-
quidem maior fructus, maiorq́
vtilitas ex his percipitur, quàm la
bores, quibus cognitio harum re
rum comparatur, ſint æſtimandi.
Imitandi potius nobis ſunt He-
bræi, Ægyptij, Græci, Latini, qui-
bus hæc ſtudia cordi fuere. Poſt-
quam enim à primis parentibus
Adamo, Setho, Noëo hæc fue-
runt poſteris tradita, & ab ipſo
Abrahamo, cæterisq́ Hebræis
Ægypti ſacerdotibus relicta: tan-
dem factum fuit, vt Græcorum,
& Latinorum Thaletis, Pytha-
goræ, Platonis, Ariſtotelis, Ar-
chime-

chimedis, reliquorumq; Philo-
ſophorum hęc facta ſint Gymna-
ſia: deniq; inſequentibus tempo-
ribus adeò vulgata fuerunt, vt in
his doctis Arithmeticorum aba-
cis, & in hoc erudito Geometra-
rum puluere, non ſolum pueri ha
rum artium & diſciplinarum ſtu-
dioſi exercerẽtur: ſed & opifices,
vt Pictores, Statuarij, Architecti
hæc optime ſcirent, & intellige-
rent. Dolendum itaq;, imò maxi-
me dolendum, quod hinc ab ali-
quot ſeculis adeo obſcurata, adeo
neglecta iacuerint excellentiſſ:
harum diſciplinarum ſtudia: aut
quod maius eſt, in tanta omnium
linguarum & artium luce, à mul-
tis hoc noſtro tempore, non dico

imperitis, sed doctis viris contemnantur, vt non modò pueris & opificibus hæc non amplius sint nota, sed viris humanioribus literis optimè imbutis: qui vt cæteri sibi persuadent, non alium fructum harum esse scientiarum, quàm vt puerorum exacuantur ingenia: nec prosint, nisi dum percipiuntur, deinceps verò nullum amplius habeant vsum. cuius sanè opinionis falsæ, & erroris culpam, non in scientias ipsas, sed potius in hominum ignauiam, & ignorantiã transferre debemus. quæ quidem latius, & clarius, si tempus locusq; pateretur, demõstrare possemus: sed cum neq; instituti sit nostri, de scientiarum mathe-

mathematicarum dignitate, & vtilitate verba facere: neque ea, quæ à multis fuſius tradita ſunt, repetere: finem his faciam: hæc mihi dum mei inſtituti rationem redderem, & quid potiſsimum traderem, explicarem, occurrebant. Fateor hæc non eſſe magna, neq; vllius ingenij, aut induſtriæ: ſed tamen non ingrata futura ſpero: neq; indigna patrocinio aliquo: & cum à multis hoc factitatum ſit, vt eum ſuorum laborum pàtronum eſſe velint: & ſub eius titulo atq; nomine ſua in lucem exire, qui patrocinari & velit, & poſsit: deniq; quem intelligunt eas artes, quas exercent: eaq; ſtudia, quibus ipſi incumbunt,

bunt amare, fouere, conseruare, aliosq́ʒ ad ea persequenda excitare: volui I. T. C. hos meos qualescunqʒ labores dedicare, quòd I. T. C. talem esse perceperim, qualem patronum sibi solent deligere, qui, vt dictum est, aliquid in publicum emittunt. Itaqʒ vnicè I. T. C. oro, vt his meis studiis patrocinari dignetur: quod si ab I. T. C. hoc impetraro, multum, imò magni quippiam me consequutum fuisse arbitrabor. Cætera viris syncero & æquo iuditio præditis dijudicanda committo: mihiq́ʒ satis erit ijs, quorũ instinctu, & voluntate hæc in publicum emitto, placuisse: & in studiosorum gratiam aliquid fecisse.

cisse. His me, meaq́ꝫ studia I. T. C. commendo: neq́ꝫ dubito quin etiam illa I. T. C. non ingrata sint futura. Calend: Iunij. Anno 1564.

I. T. C. deditiss:

Cunradus Dasypodius.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΟΡΟΙ.

Πᾶν παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον περιέχεσθαι λέγεται ὑπὸ δύο τῶν ὀρθὴν γωνίαν περιεχουσῶν εὐθειῶν.

Παντὸς δὲ παραλληλογράμμου χωρίου τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ ἓν παραλληλογράμμων ὁποιονοῦν, σὺν τοῖς δυσὶ παραπληρώμασι γνώμων καλείσθω.

ΠΡΟΤΑΣΕΙΣ.

Πρότασις α. θεώρημα.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι, τμηθῇ δὲ ἡ ἑτέρα αὐτῶν, εἰς ὅσα δήποτοῦν τμήματα, τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῶν δύο εὐθειῶν· ἴσον ἐστὶ τοῖς ὑπό τε τῆς ἀτμήτου, καὶ ἑκάστου τῶν τμημάτων περιεχομένοις ὀρθογωνίοις.

Ἔκθεσις.) Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ α, βγ, καὶ τετμήσθω ἡ βγ, ὡς ἔτυχε κατὰ τὰ δ, ε, σημεῖα. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν α, βγ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἴσον ἐστὶ τῷ

ὑπό τε

EVCLIDIS ELEMENTVM SECVNDVM.

DEFINITIONES.

OMne parallelogrammum rectāgulum contineri dicitur duabus lineis rectis, quæ angulum vnum rectum comprehendunt.

In omni verò parallelogrammo vnum ex illis, quæ circa diametrum sunt parallelogrā-mis quodcunq; id fuerit, cum duobus supplementis, nominetur gnomon.

PROPOSITIONES.

Propositio prima. Theorema.

DAtis duabus lineis rectis, quarū altera in quotcunq; partes sit secta; erit rectangulum, quod duæ illæ rectæ lineæ continent: æquale ijs rectangulis, quæ continentur ea linea, quæ secta non est, & omnibus alterius lineæ segmentis.

Explicatio dati.) *Sint duæ lineæ rectæ α, βγ, & secetur recta βγ, vt libuerit, in punctis δ, & ε.* (*Explicatio quæsiti.*) *Dico quòd rectangulum contentum rectis α,* ὑπό τε τῶν α, βδ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· καὶ τῷ ὑπὸ τῶν α, δε, καὶ ἔτι τῷ ὑπὸ τῶν α, εγ. (Κατασκευή.) Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ β, τῇ βγ πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἡ βζ· καὶ κείσθω τῇ α ἴση ἡ βη· καὶ διὰ τοῦ η, τῇ βγ παράλληλος ἤχθω ἡ



ηθ· διὰ δὲ τῶν δ, ε, γ, τῇ βη παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ δκ, ελ, γθ. (Ἀπόδειξις.) Ἴσον δή ἐστι τὸ βθ, τοῖς βκ, δλ, εθ. καὶ ἔστι τὸ μὲν βθ, τὸ ὑπὸ τῶν α, βγ. περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ ηβ, βγ. ἴση δὲ ἡ βη, τῇ α, τὸ δὲ βκ τὸ ὑπὸ τῶν α, βδ. περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ηβ, βδ. ἴση δὲ ἡ βη, τῇ α, τὸ δὲ δλ, τὸ ὑπὸ τῶν α, δε. ἴση γὰρ ἡ δκ, τουτέστιν ἡ βη, τῇ α. καὶ ἔτι ὁμοίως τὸ εθ, τὸ ὑπὸ τῶν α, εγ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν α, βγ· ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν α βδ· καὶ τῷ ὑπὸ α, δε, καὶ ἔτι τῷ ὑπὸ α, εγ. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα ὦσι δύο εὐθεῖαι, τμηθῇ δὲ ἡ ἑτέρα αὐτῶν εἰς ὁσαδηποτοῦν τμήματα· τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῶν δύο εὐθειῶν,

ἴσον

$\beta\gamma$: æquale sit rectangulis, quæ continentur rectis α, $\beta\delta$: & α, $\delta\varepsilon$, denique α & $\varepsilon\gamma$. (Delineatio.) Ducatur enim, & fiat ad punctũ β lineæ $\beta\gamma$ ad angulos rectos linea recta $\beta\zeta$: deinde rectæ α, fiat æqualis recta $\beta\eta$: atq; per punctum η, rectæ $\beta\gamma$ ducatur æquedistans recta $\eta\theta$: deniq; per puncta δ, ε, γ, rectæ $\beta\eta$ ducantur æquedistantes rectæ $\delta\kappa$, $\varepsilon\lambda$, $\gamma\theta$. (Demonstratio.) Rectangulum igitur $\beta\theta$, est æquale rectangulis $\beta\kappa$, $\delta\lambda$, $\varepsilon\theta$. verum rectangulum $\beta\theta$, est quod continetur rectis α, $\beta\gamma$. quia continetur rectis $\eta\beta$, $\beta\gamma$. sed recta $\beta\eta$, est æqualis rectæ α. $\beta\kappa$ autem rectangulum continetur rectis α, $\beta\delta$: quia rectis $\eta\beta$, $\beta\delta$ comprehenditur: & $\beta\eta$ est æqualis α. rectangulum etiam $\delta\lambda$, continetur rectis α, $\delta\varepsilon$: cum $\delta\kappa$, hoc est, $\beta\eta$ sit æqualis α lineæ rectæ. deniq; eodem modo rectangulum $\varepsilon\theta$, est id quod continetur rectis α, $\varepsilon\gamma$. Quare rectangulum contentum rectis α, $\beta\gamma$, est æquale rectangulis cõtentis rectis α, $\beta\delta$: & α, $\delta\varepsilon$: deniq; α, & $\varepsilon\gamma$. (Conclusio.) Si igitur datis duabus rectis, altera earũ in quotcunq; partes secetur: rectan-

 gulum

ἴσον ἐστὶ τοῖς ὑπό τε τῆς ἀτμήτου, καὶ ἑκάστου τῶν τμημάτων περιεχομένοις ὀρθογωνίοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις β. θεώρημα.

ΕΑν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὰ ὑπὸ τῆς ὅλης, καὶ ἑκατέρου τῶν τμημάτων περιεχόμενα ὀρθογώνια: ἴσα ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ὅλης τετραγώνῳ.

Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γὰρ ἡ αβ τετμήσθω ὡς ἔτυχε, κατὰ τὸ γ σημεῖον. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ὑπὸ τῶν βα, αγ περιεχομένου ὀρθογωνίου: ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς αβ τετραγώνῳ. (Κατασκευή.) Ἀναγεγράφθω ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον, τὸ αδεβ: καὶ ἤχθω διὰ τοῦ γ, ὁποτέρᾳ τῶν αδ, βε παράλληλος ἡ γζ. (Ἀπόδειξις.) Ἴσον δὴ τὸ αε, τοῖς αζ, γε. καὶ ἐστι τὸ μὲν αε, τὸ ἀπὸ τοις αβ τετράγωνον: τὸ δὲ αζ τὸ ὑπὸ τῶν βα, αγ περιε-



χόμενον

gulum quod duæ illæ lineæ rectæ continent, est æquale rectangulis, quæ linea non secta, & quouis segmento continentur. quod erat demonstrandum.

Propositio II. Theorema.

SI recta linea vtcunque secta fuerit: rectangula quæ à tota & vtroque segmentorum continentur, sunt æqualia quadrato à tota illa linea descripto.

Explicatio dati.) Sit enim linea recta $\alpha\beta$ vtcunque secta in puncto γ. (Explicatio quæsiti.) Dico quod rectangulum rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ contentum, cum rectangulo rectis $\beta\alpha$, $\alpha\gamma$ contento, sit æquale quadrato à linea recta $\alpha\beta$ descripto. (Delineatio.) Describatur à linea recta $\alpha\beta$, quadratum $\alpha\beta$, $\delta\epsilon$, & per punctum γ ducatur vtrique $\alpha\delta$, $\beta\epsilon$, æquedistans recta $\gamma\zeta$. (Demonstratio.) Est igitur rectangulum $\alpha\epsilon$, æquale rectangulis $\alpha\zeta$, $\gamma\epsilon$. sed rectangulum $\alpha\epsilon$, est quadratum à linea recta $\alpha\beta$ descriptum: rectangulum verò $\alpha\zeta$, est id quod continetur rectis $\beta\alpha$, $\alpha\gamma$. quia rectis

 $\delta\alpha$, $\alpha\gamma$

χόμενον ὀρθογώνιον. περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν δα, αγ. ἴση δὲ ἡ αδ, τῇ αβ: τὸ δὲ γε, τὸ ὑπὸ τῶν αβ, βγ. ἴση γὰρ ἡ βε τῇ αβ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν βα, αγ, μετὰ τοῦ ὑπὸ τῶν αβ, βγ ἴσον ἐστί, τῷ ἀπὸ τῆς αβ τετραγώνῳ. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε: τὰ ὑπὸ τῆς ὅλης, καὶ ἑκάστου τῶν τμημάτων περιεχόμενα ὀρθογώνια: ἴσα ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ὅλης τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις γ. θεώρημα.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε: τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ προειρημένου τμήματος τετραγώνῳ.

Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γὰρ ἡ αβ, τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ γ σημεῖον. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν αγ, γβ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς βγ τετραγώνου. (Κατασκευή.) Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς βγ τετράγωνον τὸ γδβε: καὶ ἤχθω ἡ εδ

ἐπὶ

δα, αγ continetur. & αδ est æqualis rectæ αε: & rectangulum γε est quod continetur rectis αβ, βγ. quoniam βε æqualis est rectæ αβ. Quare rectangulum lineis εα, αγ contentum, cum rectangulo rectis αε, βγ contento: est æquale quadrato à recta αβ descripto. (Conclusio.) Si igitur recta quædam vtcunque fuerit secta: rectangula quæ à tota, & vnoquoque segmento continentur, sunt æqualia quadrato à tota linea recta descripto. Id quod erat demonstrandum.

Propositio III. Theorema.

SI linea quædam recta vtcunque fuerit secta: rectangulum tota linea recta, & vno segmento contentum: est æquale rectangulo ipsis segmentis contento, & quadrato à prædicto segmento descripto.

Explicatio dati.) Recta enim αβ, secetur vtcunque in puncto γ. (Explicatio quæsiti.) Dico quòd rectangulum lineis αβ, βγ contentum, æquale sit rectangulo αγ, γβ rectis contento, atque quadrato à recta βγ descripto. (Delineatio.) Describatur à recta βγ, quadratum γδβε: & ducatur rectæ εδ ad pun-

ἐπὶ τὸ ζ· καὶ διὰ τοῦ α ὁποτέρᾳ τῶν γδ, βε παράλληλος ἤχθω ἡ αζ. (Ἀπόδειξις.) Ἴσον δή ἐστι τὸ αε, τοῖς αδ, γε. καὶ ἐστι τὸ μὲν αε, τὸ ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχόμενον ὀρθογώνιον. περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν αβ, βε. ἴση δὲ ἡ βε, τῇ βγ, τὸ δὲ αδ, τὸ ὑπὸ τῶν αγ, γβ. ἴση γὰρ ἡ δγ, τῇ γβ. τὸ δὲ δβ, τὸ ἀπὸ τῆς γβ τετράγωνον. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἴσον ἐστι τῷ ὑπὸ τῶν αγ, γβ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς γβ τετραγώνου. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης, καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἴσον ἐστι τῷ τε ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ προειρημένου τμήματος τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



Πρότασις δ. θεώρημα.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ

ἀπὸ

ctum vsque ζ: denique vtrique γδ, βε, per punctum α, ducatur æquedistans recta αζ. (Demonstratio.) Rectangulum igitur αε, est æquale rectangulis αδ, γε: atque rectangulum αε, est id quod continetur rectis αβ, βγ: quia rectis αβ, βε cõtinetur: sed βε æqualis est rectæ βγ: rectangulum etiam αδ, continetur rectis αγ, γβ: quia recta δγ, est æqualis rectæ γβ, & rectangulum δβ, est quadratum à γβ recta descriptum. Quare rectangulum quod αβ, βγ rectis continetur: est æquale rectangulo αγ, γβ rectis contento, cum quadrato à recta γβ descripto. (Conclusio.) Si igitur recta linea secta vtcunque fuerit: rectangulum quod tota linea recta, & vno segmentorum continetur: est æquale rectangulis ipsis segmentis contento, atque quadrato à prædicto segmento descripto. Quod erat demonstrandum.

Propositio IIII. Theorema.

SI recta linea secta fuerit vtcunque,

ἀπὸ τῆς ὅλης τετράγωνον, ἴσον ἔσται τοῖς τε ἀπὸ τῶν τμημάτων τετραγώνοις: καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γὰρ γραμμὴ ἡ αβ, τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ γ. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν αγ, γβ τετραγώνοις, καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. (Κατασκευή.) Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον τὸ αδεβ: καὶ ἐπεζεύχθω ἡ βδ: καὶ διὰ μὲν τοῦ γ, ὁποτέρα τῶν αδ, εβ παράλληλος ἤχθω ἡ γζ: διὰ δὲ τοῦ η, ὁποτέρα τῶν αβ, δε, παράλληλος ἤχθω ἡ θκ. (Ἀπόδειξις.) Καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ γζ, τῇ αδ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν ἡ βδ: ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ βηγ: ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ αδβ. ἀλλ᾽ ἡ ὑπὸ αδβ, τῇ ὑπὸ αβδ ἐστὶν ἴση: ἐπεὶ καὶ



πλευquadratum à tota linea recta descriptum, erit æquale quadratis segmentorum, & rectangulo quod bis ipsis continetur segmentis.

Explicatio dati.) Recta enim linea aβ, secetur vtcunque in puncto γ. (Explicatio quæsiti.) Dico quod quadratum à recta linea aβ descriptum: æquale sit quadratis à lineis rectis aγ, γβ descriptis, & rectangulo quod bis continetur rectis aγ, γβ. (Delineatio.) A recta linea aβ describatur quadratum aδεβ: & fiat linea βδ: atque per punctum γ, vtrique lineæ rectæ aδ, εβ ducatur æquedistans recta γζ: præterea per punctum η, vtrique lineæ aβ, δε, ducatur æquedistans recta θκ. (Demonstratio.) Quoniam recta γζ, æquedistat rectæ aδ: & in eas incidit recta βδ: angulus igitur βηγ externus: æqualis est angulo aδβ interno sibi opposito: sed angulus aδβ, est æqualis angulo aβδ: quia & latus aβ, la-

πλευρὰ ἡ αβ τῇ αδ ἐστὶν ἴση. καὶ ἡ ὑπὸ γηβ ἄρα γωνία, τῇ ὑπὸ ηβγ ἐστὶν ἴση. ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ βγ, πλευρᾷ τῇ γη ἐστὶν ἴση. ἀλλὰ καὶ ἡ γβ, τῇ ηκ ἐστὶν ἴση, ἡ δὲ γη, τῇ κβ, καὶ ἡ ηκ ἄρα, τῇ κβ ἐστὶν ἴση. ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ γηκβ. λέγω δὴ ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ γη, τῇ βκ: καὶ εἰς αὐτὰς ἐνέπεσεν ἡ γβ: αἱ ἄρα ὑπὸ κβγ, ηγβ γωνίαι, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ κβγ, ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ηγβ. ὥστε καὶ αἱ ἀπεναντίον, αἱ ὑπὸ γηκ, ηκβ ὀρθαί εἰσιν. ὀρθογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ γηκβ: ἐδείχθη δὲ καὶ ἰσόπλευρον. τετράγωνον ἄρα ἐστὶ, καί ἐστιν ἀπὸ τῆς γβ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ, καὶ τὸ θζ τετράγωνόν ἐστι, καί ἐστιν ἀπὸ τῆς θη: τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τῆς αγ. τὰ ἄρα θζ, γκ τετράγωνα, ἀπὸ τῶν αγ, γβ εἰσί. καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ αη τῷ ηε, καί ἐστι τὸ αη, τὸ ὑπὸ τῶν αγ, γβ. ἴση γὰρ ἡ ηγ, τῇ γβ. καὶ τὸ ηε ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν αγ, γβ. τὰ ἄρα αη, ηε, ἴσα ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ. ἐστὶ δὲ καὶ τὰ θζ, γκ τετράγωνα, ἀπὸ τῶν αγ, γβ. τὰ ἄρα τέσσαρα τὰ θζ, γκ,

αη, ηε,

$\alpha\beta$, lateri $\alpha\delta$ est æquale. quare & angulus $\gamma\eta\beta$, angulo $\eta\beta\gamma$ est æqualis, latus etiam $\beta\gamma$, lateri $\gamma\eta$ est æquale. verum latus $\gamma\beta$, etiã est æquale lateri $\eta\kappa$, & $\gamma\eta$ latus lateri $\kappa\beta$. ergo & $\eta\kappa$ latus, lateri $\kappa\beta$ æquale erit. Figura igitur $\gamma\eta\kappa\beta$ est æquilatera. Dico quod etiam sit rectangula: quoniam recta $\gamma\eta$ æquedistat rectæ $\beta\kappa$, & in eas incidit recta $\gamma\beta$: anguli igitur $\kappa\beta\gamma$, $\eta\gamma\beta$ duobus rectis sunt æquales, & idcirco etiam anguli oppositi $\gamma\eta\kappa$, $\eta\kappa\beta$ duo erunt recti. quare $\gamma\eta\kappa\beta$ figura etiam est rectangula: demonstrata verò etiam est æquilatera: quare $\gamma\eta\kappa\beta$ est quadratum, et est à linea $\gamma\beta$ descriptum. Eisdem medijs demonstrabitur quòd $\theta\zeta$ figura, sit quadratum, & est à recta $\theta\eta$ descriptum, hoc est, à recta $\alpha\gamma$. quare quadrata $\theta\zeta$, $\gamma\kappa$ sunt à rectis $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$ descripta. Quoniam verò rectangulum $\alpha\eta$, æquale est rectangulo $\eta\varepsilon$, & rectangulum $\alpha\eta$ continetur rectis $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$. rectángula igitur $\alpha\eta$, $\eta\varepsilon$ sunt æqualia rectangulo, quod bis continetur rectis $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$: & $\theta\zeta$, $\gamma\kappa$ quadrata descripta sunt à rectis $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$. quatuor itaque ista $\theta\zeta$, $\gamma\kappa$,

$\alpha\eta$, $\eta\varepsilon$,

αη, ηε, ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν αγ, γβ τε-
τραγώνοις: καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ πε-
ριεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ἀλλὰ τὰ θζ, γκ, αη,
ηε, ὅλον ἐστὶν τὸ αδεβ, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς αβ
τετράγωνον. τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς αβ τετράγω-
νον, ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν αγ, γβ τετραγώ-
νοις, καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ περιεχο-
μένῳ ὀρθογωνίῳ. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα
εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπὸ τῆς
ὅλης τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τμη-
μάτων τετραγώνοις, καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν τμη-
μάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ὅπερ ἔδει
δεῖξαι.

Ἑτέρα δεῖξις.

Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς αβ τετρά-
γωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν αγ, γβ τετραγώ-
νοις: καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ περιεχομένῳ
ὀρθογωνίῳ. (Κατασ.) ἐπὶ γὰρ τῆς αὐτῆς κα-
ταγραφῆς. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ βα,
τῇ αδ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ αβδ, τῇ ὑπὸ
αδβ. καὶ ἐπεὶ παντὸς τριγώνου, αἱ τρεῖς γω-
νίαι, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. τοῦ αβδ ἄρα τρι-
γώνου

αη,ηε, æqualia sunt quadratis à rectis αγ, ϐγ descriptis: & rectangulo quod bis continetur rectis αγ,γϐ. sed quatuor ista θζ,γκ,αη, ηε, faciunt totum αδεϐ quadratum à recta linea αβ descriptum. quadratum igitur à linea recta αϐ descriptum, æquale est quadratis à rectis αγ, γϐ descriptis: & rectangulo quod rectis αγ,γβ bis continetur. (Conclusio.) Si ergo recta linea secta vtcunq; fuerit, quadratum à tota descriptum, æquale est quadratis ab ipsis segmentis descriptis, & rectangulo bis ipsis segmentis contento. Id quod erat demonstrandum.

Alia demonstratio.

Explicatio quæsiti.) Dico q; quadratum à recta linea αϐ descriptū, æquale sit quadratis à rectis αγ,γϐ descriptis, & rectangulo quod αγ, ϐγ rectis bis continetur. (Delin.) Delineatio maneat eadē. (Demonstratio.) Quoniam ϐα recta, æqualis est rectæ αδ: idcirco et angulus αϐδ, angulo αδϐ æqualis est: & cùm in omni triangulo, tres anguli sint æquales duobus rectis: ideo trianguli αϐδ, tres

angu-

γώνου αἱ τρεῖς γωνίαι, αἱ ὑπὸ αβδ, αδβ, βαδ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ βαδ, λοιπαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ αβδ, αδβ, μιᾷ ὀρθῇ ἴσαι εἰσί, καί εἰσιν ἴσαι. ἑκατέρα ἄρα τῶν ὑπὸ αβδ, αδβ, ἡμίσεια ἐστὶν ὀρθῆς. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ βγη, ἴση γάρ ἐστι τῇ ἀπεναντίον τῇ πρὸς τὸ α. λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ γηβ ἡμίσεια ἐστὶν ὀρθῆς. ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ γηβ γωνία, τῇ ὑπὸ γβη. ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ βγ, τῇ γη ἐστὶν ἴση. ἀλλ' ἡ μὲν γβ, τῇ κη ἐστὶν ἴση: ἡ δὲ γη, τῇ βκ. ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ γκ, ἔχει δὲ ὀρθὴν τὴν ὑπὸ γβκ γωνίαν. τετράγωνον ἄρα ἐστὶ τὸ γκ, καὶ ἐστιν ἀπὸ τῆς γβ. διὰ τὰ αὐτὰ δή, καὶ τὸ ζθ τετράγωνόν ἐστι. καὶ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς αγ. τὰ ἄρα γκ, θζ τετράγωνα ἐστι. καὶ ἐστιν ἴσα τοῖς ἀπὸ τῶν αγ, γβ, καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τῷ αη τῷ εη: καί ἐστι τὸ αη τὸ ὑπὸ τῶν αγ, γβ. ἴση γὰρ ἡ γη, τῇ γβ: καὶ τὸ εη ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν αγ, γβ. τὰ ἄρα αη, ηε, ἴσα ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ: ἐστὶ δὲ καὶ τὰ γκ, θζ ἴσα τοῖς ἀπὸ τῶν αγ, γβ, τὰ ἄρα γκ, θζ, αη, ηε

ἴσα

anguli $\alpha\beta\delta$, $\alpha\delta\beta$, $\beta\alpha\delta$ duobus rectis sunt æquales, sed angulus $\beta\alpha\delta$ est rectus: reliqui ergo $\alpha\beta\delta$, $\alpha\delta\beta$ vni angulo recto sunt æquales. vterq; igitur angulorum $\alpha\beta\delta$, $\alpha\delta\beta$ dimidia est pars recti: sed angulus $\beta\gamma\eta$ est rectus, quia angulo ad α sibi opposito æqualis est: reliquus ergo angulus $\gamma\eta\beta$ dimidia pars recti est. quare angulus $\gamma\eta\beta$, angulo $\gamma\beta\eta$ est æqualis. vnde & latus $\beta\gamma$, lateri $\gamma\eta$ est æquale. sed $\gamma\beta$ latus est æquale lateri $\kappa\eta$: et latus $\gamma\eta$, lateri $\beta\kappa$. erit igitur figura $\gamma\kappa$ æquilatera: sed angulus $\gamma\beta\kappa$ est rectus: figura igitur $\gamma\kappa$ est quadratū, & descriptum est à recta $\gamma\beta$. Iisdē medijs demonstrabitur, quod $\zeta\theta$ sit quadratum: & æquale quadrato, à recta $\alpha\gamma$ descripto. figuræ igitur $\gamma\kappa$, $\theta\zeta$ sunt quadrata: & sunt æqualia quadratis à rectis $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$ descriptis. Cum autem rectangulum $\alpha\eta$ sit æquale rectāgulo $\eta\epsilon$, & rectangulū $\alpha\eta$ sit illud quod cōtinetur rectis $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$: nam $\gamma\eta$ est æqualis rectæ $\gamma\beta$: idcirco & $\epsilon\eta$ rectangulum erit æquale rectangulo $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$ rectis cōtento. quare rectāgula $\alpha\eta$, $\eta\epsilon$ sunt æqualia rectāgulo quod $\alpha\gamma$, $\beta\gamma$ rectis ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν αγ, γβ: καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ: ἀλλὰ τὰ γκ, θζ: καὶ τὰ αη, ηε. ὅλον ἐστὶ τὸ αε, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον. (Συμπέρασμα.) Τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν αγ, γβ τετραγώνοις: καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αγ, γβ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. (Πόρισμα.) Ἐκ δὴ τούτων φανερόν ἐστιν, ὅτι ἐν τοῖς τετραγώνοις χωρίοις: τὰ περὶ τὴν διάμετρον παραλληλόγραμμα, τετράγωνά ἐστι.

Πρότασις ε. θεώρημα.

ΕΑν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ εἰς ἴσα καὶ ἄνισα: τὸ ὑπὸ τῶν ἀνίσων τῆς ὅλοις τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνῳ.

Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γάρ τις ἡ αβ, τετμήσθω εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ γ, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ δ. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν αδ, δβ

περιε-

bis continetur: sed figuræ $\gamma\kappa, \theta\zeta$, *sunt æqualia quadratis à rectis* $\alpha\gamma, \gamma\beta$ *descriptis. Hæ igitur quatuor figuræ* $\gamma\kappa, \theta\zeta, \alpha\eta, \eta\epsilon$, *sunt æquales quadratis à rectis* $\alpha\gamma, \gamma\beta$ *descriptis, & rectangulo quod* $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$ *rectis bis continetur: verum* $\gamma\kappa, \theta\zeta, \alpha\eta, \eta\epsilon$ *figuræ: constituunt totũ quadratum* $\alpha\epsilon$, *à recta linea* $\alpha\beta$ *descriptum. (Conclusio.) Quadratum igitur à recta linea* $\alpha\beta$ *descriptum; æquale est quadratis à rectis* $\alpha\gamma, \gamma\beta$ *descriptis, et rectãgulo quod rectis* $\alpha\gamma$, $\gamma\beta$ *bis continetur. Id quod demonstrandum erat. (Corollarium.) Ex his manifestum est, quod in quadratis figuris, parallelogramma quæ circa diametron sunt, sint quadrata.*

Propositio V. Theorema.

SI recta linea in æqualia & in inæqualia fuerit secta: rectangulum quod segmentis cõtinetur inæqualibus, cum quadrato quod à linea inter ipsa segmẽta posita describit: æquale est quadrato à dimidia linea descripto.

Explicatio dati.) Recta enim linea $\alpha\beta$, *secetur in partes æquales in puncto* γ, *& in partes inæquales in pũcto* δ. *(Explicatio quæsiti.) Dico quod rectangulũm rectis* $\alpha\delta$, $\delta\beta$

περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς γδ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς γβ τετραγώνῳ. (Κατασκευή.) Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς βγ τετράγωνον τὸ γεζβ καὶ ἐπεζεύχθω ἡ βε, καὶ διὰ μὲν τοῦ δ, ὁποτέρα τῶν γε, βζ παράλληλος ἤχθω ἡ δη.



διὰ δὲ τοῦ θ. ὁποτέρα τῶν γβ, εζ παράλληλος ἤχθω ἡ κμ, καὶ πάλιν διὰ τοῦ α, ὁποτέρα τῶν γλ βμ, παράλληλος ἤχθω ἡ ακ. (Ἀπόδειξις.) Καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ γθ παραπλήρωμα τῷ θζ, παραπληρώματι· κοινὸν προσκείσθω τὸ δμ. ὅλον ἄρα τὸ γμ, ὅλῳ τῷ δζ ἴσον ἐστίν. ἀλλὰ τὸ γμ, τῷ αλ ἴσον ἐστίν. ἐπεὶ καὶ ἡ αγ, τῇ γδ ἴση ἐστί· καὶ τὸ αλ ἄρα, τῷ δζ ἴσον ἐστί. κοινὸν προσκείσθω τὸ γθ. ὅλον ἄρα τὸ αθ, τῷ δζ, καὶ δλ ἴσον ἐστί. ἀλλὰ τὸ μὲν αθ, τῷ ὑπὸ τῶν αδ, δβ ἴσον ἐστίν. ἴση γὰρ ἡ δθ, τῇ δβ, τὸ δὲ ζδ, δλ, ἐστὶν ὁ μνξ γνώμων, καὶ ὁ μνξ ἄρα γνώμων,

ἴσος

contentum, cum quadrato à linea $\gamma\delta$ descripto, sit æquale quadrato à recta $\gamma\beta$ descripto. (Delineatio.) Describatur à recta linea $\beta\gamma$ quadratum $\gamma\epsilon\zeta\beta$: & fiat linea $\beta\epsilon$: atque per punctum δ vtrique rectæ $\gamma\epsilon$, $\beta\zeta$, ducetur æquedistans recta $\delta\eta$ per punctū etiam θ, vtrique rectæ $\gamma\beta$, $\epsilon\zeta$, æquedistans ducatur recta $\kappa\mu$: item per punctum α, rectis $\gamma\lambda$, $\beta\mu$ æquedistans ducatur recta $\alpha\kappa$. (Demonstratio.) Cum itaque supplementum $\gamma\theta$, supplemento $\theta\zeta$ æquale sit: commune addatur parallelogrammon $\delta\mu$. totum igitur $\gamma\mu$, toto $\delta\zeta$ erit æquale. sed $\gamma\mu$ rectangulum æquale est rectangulo $\alpha\lambda$, quia $\alpha\gamma$ recta, æqualis est rectæ $\gamma\beta$, & idcirco $\alpha\lambda$ rectangulum, erit æquale rectangulo $\delta\zeta$. commune addatur $\gamma\theta$. totum igitur rectangulum $\alpha\theta$, æquale est rectangulis $\delta\zeta$, $\delta\lambda$: sed rectangulum $\alpha\theta$, est ei quod continetur rectis $\alpha\delta$, $\delta\beta$ æquale. quia recta $\delta\theta$, rectæ $\delta\beta$ æqualis, & $\zeta\delta$, $\delta\lambda$, efficiunt gnomonem $\mu\nu\xi$. quare $\mu\nu\xi$ gnomon, æqualis est ἴσος ἐστὶ τῷ ὑπὸ αδ, δβ. κοινὸν προσκείσθω τὸ λη. ὅ ἐστιν ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς γδ. ὁ ἄρα μνξ γνώμων, καὶ τὸ λη ἴσα ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν αδ, δβ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γδ τετραγώνῳ. ἀλλὰ ὁ μνξ γνώμων, καὶ τὸ λη· ὅλον ἐστὶ τὸ γεζβ τετράγωνον, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς γβ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν αδ, δβ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς γδ τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς γβ τετραγώνῳ. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ εἰς ἴσα καὶ ἄνισα: τὸ ὑπὸ τῶν ἀνίσων τῆς ὅλης τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότασις ς. θεώρημα.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ δίχα, προστεθῇ δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας· τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης σὺν τῇ προσκειμένῃ, καὶ τῆς προσκειμένης περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς συγκειμένης ἔκ τε τῆς ἡμισείας,

καὶ τῆς

rectangulo αδ,δβ rectis contento. Commune addatur λη, quod æquale est quadrato à recta γδ descripto. itaq; μνξ gnomon, & λη quadratum, æqualia sunt rectangulo αδ,δβ rectis contento, & quadrato à recta γδ descripto. verum μνξ gnomon, & quadratum λη: faciunt ac constituunt totum quadratum γεζβ, quod est quadratum à recta γβ descriptum. Quare rectangulum αδ, δβ rectis contentum, cum quadrato à γδ descripto: æquale est quadrato à recta γβ descripto. (Conclusio.) Si igitur recta linea fuerit secta in partes æquales, & in partes inæquales: rectangulum quod segmentis continetur inæqualibus totius lineæ rectæ, cum quadrato eius lineæ, quæ est inter segmenta, æquale est quadrato dimidiæ lineæ rectæ. Id quod erat demonstrandum.

Propositio VI. Theorema.

SI recta linea in duas partes æquales secta fuerit: & ei addatur alia quædam recta linea è directo: tum rectangulum quod tota & addita linea recta continetur cum quadrato à dimidia linea recta descripto: est æquale qua καὶ τῆς προσκειμένης ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ.

Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γὰρ τῆς ἡ αβ, τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ γ σημεῖον: προσκείσθω δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα, ἐπ᾽ εὐθείας ἡ βδ. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν αδ, δβ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς γβ τετραγώνου: ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς γδ τετραγώνῳ.

(Κατασκευή.) Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς γδ τετράγωνον τὸ γεζδ: καὶ ἐπεζεύχθω ἡ δε: καὶ διὰ μὲν τοῦ β σημείου, ὁποτέρα τῶν εγ, δζ,



παράλληλος ἤχθω ἡ βη: διὰ δὲ τοῦ θ σημείου, ὁποτέρα τῶν αβ, εζ παράλληλος ἤχθω ἡ κμ. καὶ ἔτι διὰ τοῦ α ὁποτέρα τῶν γλ, δμ παράλληλος ἤχθω ἡ ακ. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ αγ, τῇ γβ: ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ αλ, τῷ γθ. ἀλλὰ καὶ τὸ γθ τῷ θζ, ἴσον ἐστί: καὶ τὸ αλ ἄρα τῷ θζ ἴσον ἐστί. κοινὸν προσκείσθω

τὸ γμ

drato à linea composita ex dimidia, & adiecta, ac si esset vna tantum linea recta, descripto.

Explicatio dati.) *Recta enim linea* $\alpha\beta$, *secetur in duas æquales partes in puncto* γ: *& ei è directo adijciatur recta quædam linea* $\beta\delta$. *(Explicatio quæsiti.)* *Dico quod rectangulum rectis* $\alpha\delta$, $\delta\beta$ *contentum cum quadrato à recta* $\gamma\beta$ *descripto: æquale sit quadrato à recta* $\gamma\delta$ *descripto. (Delineatio.)* *Describatur enim à recta linea* $\gamma\delta$, *quadratum* $\gamma\epsilon\zeta\delta$: *& ducatur linea recta* $\delta\epsilon$: *atque per punctum* β, *vtrique lineæ rectæ* $\epsilon\gamma$, $\delta\zeta$, *ducatur æquedistans recta* $\beta\eta$: *item per punctum* θ, *vtrique rectæ* $\alpha\beta$, $\epsilon\zeta$, *ducatur æquedistans recta* $\kappa\mu$: *denique per punctum* α *vtrique rectæ* $\gamma\lambda$, $\delta\mu$ *æquedistans ducatur recta* $\alpha\kappa$. *(Demonstratio.)* *Quoniam nunc recta* $\alpha\gamma$, *æqualis est rectæ* $\gamma\beta$: *erit etiam rectangulum* $\alpha\lambda$, *rectangulo* $\gamma\theta$ *æquale, sed* $\gamma\theta$ *est æquale* $\theta\zeta$, *ergo & * $\alpha\lambda$ *rectangulum erit æquale rectangulo* $\theta\zeta$. *Commune addatur rectan-*

τὸ γμ. ὅλον ἄρα τὸ αμ, τῷ νξο γνώμονί ἐστιν ἴσον. ἀλλὰ τὸ αμ, ἐστὶ τὸ ὑπὸ τῶν αδ, δβ. ἴση γάρ ἐστιν ἡ δμ, τῇ δβ. καὶ ὁ νξο γνώμων, ἴσος ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν γδ, δβ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. κοινὸν προσκείσθω τὸ λη, ὅ ἐστιν ἴσον, τῷ ἀπὸ τῆς γβ τετραγώνῳ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν αδ, δβ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς βγ τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ νξο γνώμονι καὶ τῷ λη. ἀλλ' ὁ νξο γνώμων, καὶ τὸ λη, ὅλον ἐστὶ τὸ γεζδ τετράγωνον, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς γδ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν αδ, δβ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς βγ τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς γδ τετραγώνῳ. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ δίχα προστεθῇ δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας· τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης σὺν τῇ προσκειμένῃ, καὶ τῆς προσκειμένης περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνου: ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς συγκειμένης ἔκ τε τῆς ἡμισείας, καὶ τῆς προσκειμένης ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότα-

gulum $\gamma\mu$. totum igitur rectangulum $\alpha\mu$, erit $\nu\xi o$ gnomoni æquale: sed $\alpha\mu$ est rectangulum quod $\alpha\delta$, $\delta\beta$ rectis continetur. quia $\delta\mu$ recta est æqualis rectæ $\delta\beta$: ideo & $\nu\xi o$ gnomon, æqualis est rectangulo quod rectis $\alpha\delta$, $\delta\beta$ continetur. commune addatur rectangulum $\lambda\eta$, quod æquale est quadrato à recta $\gamma\beta$ descripto. ergo rectangulum $\alpha\delta$, $\delta\beta$ rectis contentum cum quadrato quod à recta $\beta\gamma$ describitur, est æquale $\nu\xi o$ gnomoni, & rectangulo $\lambda\eta$. verum $\nu\xi o$ gnomon, & rectangulum $\lambda\eta$: constituunt totum quadratum $\gamma\epsilon\zeta\delta$, quod est descriptum à recta $\gamma\delta$. rectangulum igitur $\alpha\delta$, $\delta\beta$, rectis contentum, cum quadrato à recta $\beta\gamma$ descripto, æquale est quadrato à recta $\gamma\delta$ descripto. (Cõclusio.) Si igitur recta linea secta fuerit in duas partes æquales, eiq; addatur è directo linea quædam recta, rectangulum quod tota recta cum ipsa adiecta, & ipsa linea adiecta continetur: cum quadrato quod à dimidia linea recta describitur: æquale est quadrato, quod à linea composita ex dimidia & adiecta, & ipsa adiecta tanquam vna esset linea describitur. quod erat demonstrandum.

Propo-

Πρότασις ζ. θεώρημα.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε· τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης, καὶ τὸ ἀφ' ἑνὸς τῶν τμημάτων, τὰ συναμφότερα τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῆς ὅλης, καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνῳ.

Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γάρ τις ἡ αβ, τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ γ σημεῖον. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν αβ, βγ τετράγωνα, ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς αγ τετραγώνῳ. (Κατασκευή.) Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς αβ τετράγωνον, τὸ αδεβ· καὶ καταγεγράφθω τὸ σχῆμα. (Ἀπόδειξις.) Καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ αη, τῷ ηε. κοινὸν προσκείσθω τὸ γζ. ὅλον ἄρα τὸ αζ, ὅλῳ τῷ γε ἐστὶν ἴσον. τὰ ἄρα αζ, γε διπλάσια ἐστὶ τοῦ αζ. ἀλλὰ τὰ αζ, γε, ὁ κλμ ἐστὶ γνώμων,



καὶ

Propositio VII. Theorema.

SI recta linea secta vtcunque fuerit: quadratum quod à tota, & alterum quod à segmento describitur: ista duo inquam quadrata æqualia sunt, rectangulo quod tota linea recta, & prædicto segmento bis continetur: & quadrato reliqui segmenti.

Explicatio dati.) Recta enim linea $\alpha\beta$ secetur vtcunq; in puncto γ. (Explicatio quæsiti.) Dico quod quadrata à rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ descripta, sint æqualia rectangulo quod $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ rectis bis continetur, & quadrato à recta $\alpha\gamma$ descripto. (Delineatio.) Describatur enim à recta $\alpha\beta$ quadratum $\alpha\delta\epsilon\beta$, & perficiatur integra delineatio figuræ. (Demonstratio.) Quoniam rectangulum $\alpha\eta$, æquale est rectangulo $\eta\epsilon$: commune addatur rectangulum $\gamma\zeta$. totum igitur $\alpha\zeta$, toti $\gamma\epsilon$ est æquale. quare $\alpha\zeta$, $\gamma\epsilon$ rectangula dupla sunt rectanguli $\alpha\zeta$. sed rectangula $\alpha\zeta$, $\gamma\epsilon$, faciunt $\kappa\lambda\mu$, gnomonem, καὶ τὸ γζ τετράγωνον. ὁ κλμ ἄρα γνώμων, καὶ τὸ γζ, διπλάσια ἐστὶ τοῦ αζ. ἐστὶ δὲ τοῦ αζ διπλάσιον, καὶ τὸ δὶς ὑπὸ τῶν αβ, βγ, ἴση γὰρ ἡ βζ, τῇ βγ. ὁ ἄρα κλμ γνώμων, καὶ τὸ γζ τετράγωνον, ἴσον ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν αβ, βγ. κοινὸν προσκείσθω τὸ δη, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς αγ τετράγωνον. ὁ ἄρα κλμ γνώμων, καὶ τὰ βη, ηδ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς αγ τετραγώνῳ. ἀλλ' ὁ κλμ γνώμων, καὶ τὰ βη, ηδ τετράγωνα. ὅλον ἐστὶ τὸ αδεβ, καὶ τὸ γζ, ἅ ἐστιν ἀπὸ τῶν αβ, βγ τετράγωνα, τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν αβ, βγ τετράγωνα, ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς αγ τετραγώνου. (Συμπέρασμα.) Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης, καὶ τὸ ἀφ' ἑνὸς τῶν τμημάτων, τὰ συναμφότερα τετράγωνα, ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῆς ὅλης, καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πρότα-

nem, & quadratum à recta $\gamma\zeta$ descriptum. Ergo $\kappa\lambda\mu$ gnomon, & $\gamma\zeta$ quadratum sunt dupla rectanguli $\alpha\zeta$. verum rectanguli $\alpha\zeta$ duplum est rectangulum quod rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ bis continetur: quia $\beta\zeta$ recta, æqualis est rectæ $\beta\gamma$. quare $\kappa\lambda\mu$ gnomon, & quadratum $\gamma\zeta$, sunt æqualia rectangulo quod rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ bis continetur. cõmune addatur $\delta\eta$, quod est quadratum à recta $\alpha\gamma$ descriptum. gnomon igitur $\kappa\lambda\mu$, & $\beta\eta$, $\eta\delta$ quadrata æqualia sunt rectangulo, quod rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ bis continetur, & quadrato à recta $\alpha\gamma$ descripto. Verũ $\kappa\lambda\mu$ gnomon, & $\beta\eta$, $\eta\delta$ quadrata, totum constituunt $\alpha\delta\epsilon\beta$, & $\gamma\zeta$, quæ sunt duo quadrata, à rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ descripta. Quare quadrata à rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ descripta, æqualia sunt rectangulo rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ bis cõtento, vnà cum quadrato à recta $\alpha\gamma$ descripto. (Conclusio.) Si igitur recta linea vtcunq; fuerit secta, quadratum à tota descriptum, & quadratum alterius segmenti, hæc duo inquam quadrata addita, æqualia sunt rectangulo quod tota & prædicto segmento continetur, & quadrato à reliquo segmento descripto. Id quod demonstrandũ erat.

Πρότασις η. θεώρημα.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ τετράκις ὑπὸ τῆς ὅλης, καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς ὅλης, καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ.

(Ἔκθεσις.) Εὐθεῖα γάρ τις ἡ αβ, τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ γ σημεῖον. (Διορισμός.) Λέγω ὅτι τὸ τετράκις ὑπὸ τῶν αβ, βγ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς αγ τετραγώνου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς αβ, βγ ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ. (Κατασκευή.) Ἐκβεβλήσθω γὰρ ἐπ' εὐθείας τῇ αβ, εὐθεῖα ἡ βδ· καὶ κείσθω τῇ γβ, ἴση ἡ βδ: καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τῆς αδ, τετράγωνον τὸ αεζδ: καὶ καταγεγράφθω διπλοῦν τὸ σχῆμα. (Ἀπόδειξις.) Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ γβ τῇ βδ, ἀλλ' ἡ μὲν βγ τῇ ηκ ἐστὶν ἴση. ἡ δὲ βδ, τῇ κν, καὶ ἡ ηκ τῇ κν ἐστὶν ἴση. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ πρ, τῇ ρο ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν βγ, τῇ βδ, ἡ δὲ ηκ, τῇ κν, ἴσον ἄρα ἐστὶ

τὸ μὲν

Propositio VIII. Theorema.

SI recta linea secta vtcunque fuerit rectangulum, quod tota linea, & altero segmento quater continetur, cum quadrato à reliquo segmento descripto: æquale est quadrato quod à tota & prædicto segmento tanquam vna esset linea recta, describitur.

Explicatio dati.) Recta enim linea $\alpha\beta$, *secetur vtcunque in puncto* γ. *(Explicatio quæsiti.) Dico quod rectangulum rectis* $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ *quater contentum, cum quadrato à recta* $\alpha\gamma$ *descripto, æquale est quadrato à rectis* $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, *tanquam ab vna linea descripto. (Delineatio.) Nam recta* $\beta\delta$ *producatur* ἐπ' εὐθείας *rectæ* $\alpha\beta$: *& fiat rectæ* $\gamma\beta$, *æqualis recta* $\beta\delta$, *& à recta* $\alpha\delta$ *describatur quadratum* $\alpha\epsilon\zeta\delta$: *& ipsa figura duplicata delineatione describatur. (Demonstratio.) Quoniam recta* $\gamma\beta$, *æqualis est rectæ* $\beta\delta$: *& recta* $\gamma\beta$ *æqualis rectæ* $\eta\kappa$: *atque recta* $\beta\delta$, *æqualis rectæ* $\kappa\nu$: *idcirco etiam* $\eta\kappa$ *æqualis est rectæ* $\kappa\nu$. *Eadem ratione etiam* $\pi\rho$ *recta, æqualis est rectæ* ρo. *cum verò* $\beta\gamma$ *æqualis sit rectæ* $\beta\delta$, *& recta* $\eta\kappa$, *rectæ* $\kappa\nu$: *idcirco etiam rectangulum* $\gamma\kappa$, *æquale est*



τὸ μὲν γκ, τῷ κδ· τὸ δὲ ηρ τῷ ρν, ἀλλὰ τὸ γκ τῷ ρν ἐστὶν ἴσον. παραπληρώματα γὰρ τοῦ γο παραλληλογράμμου. καὶ τὸ αδ ἄρα τῷ νρ ἐστὶν ἴσον. τὰ τέσσαρα ἄρα τὰ δκ, γκ, ηρ, ρν ἴσα ἀλλήλοις ἐστί. τὰ τέσσαρα ἄρα, τετραπλάσια ἐστὶ τοῦ γκ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ γβ, τῇ βδ· ἀλλ' ἡ μὲν βδ, τῇ βκ· τουτέστι τῇ γη ἐστὶν ἴση. ἡ δὲ γβ, τῇ ηκ, τουτέστι τῇ ηπ ἴση ἐστί, καὶ ἡ γη ἄρα, τῇ ηπ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν γη, τῇ ηπ, ἡ δὲ πρ, τῇ ρο, ἴσον ἐστί, καὶ τὸ μὲν αη, τῷ μπ, τὸ δὲ πλ τῷ ρζ. ἀλλὰ τὸ μπ, τῷ πλ ἐστὶν ἴσον. παραπληρώματα γὰρ τοῦ μλ παραλληλογράμμου. καὶ τὸ αη ἄρα τῷ ρζ ἴσον ἐστὶ.

τὰ τέσ-

In numeris sic:

Sit $\alpha\beta$, 8. diuisa ὡς ἔτυχε in $\alpha\gamma$, 6. & $\gamma\beta$ .2. Rectangulum quater contentũ rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ sit 64. quadratum $\alpha\gamma$, sit 36. adde, sunt 100. Quadratum verò à rectis $\alpha\beta$, $\beta\gamma$ descriptum, ac si esset vna linea, nempe 10. est quad: 100.

	64. Rect:	10.	
	36. Quad:	10.	
	100.	100.	quad:

